



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 68. Gabrielis de Gabriellibus extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](#)

versus fuga sibi consuluit, ubi non multo Sæc. XVI.
post tempore die vigesima quarta Se- A.C. 511.
ptembris Anno millesimo quingentesimo
undecimo mortuus est. Delatum est
corpus ejus Romam, sepultumque in Ec-
clesia S. Mariæ Majoris.

§. LXVIII.

Gabrielis de Gabriellibus extrema.

Gabriel de Gabriellibus, Fani in Mar-
chia Anconitana natus, regnante A-
lexandro VI. erat Protonotarius Aposto-
licus, Urbinatis Episcopus, demumque
Cardinalis: progressu enim temporis a-
deo sibi devinxit Julianum Ruverum, ut
ab eo, cum sub nomine Julii II. ad Pe-
tri Cathedram ascenderet, anno Incar-
nationis Dominicæ millesimo quingen-
tesimo quinto in Presbyterum Cardina-
lem nominatus fuisset; hic Vir per vitæ
suæ probitatem, atque eximiam morum
comitatem omnia amorem sibi con-
ciliabat, dein nomine summi Pontificis
Perusii, Umbriæque legatione fungeba-
tur, quam tamen ob aeris gravitatem
valetudini suæ adversam paulo post di-
misit, hinc Roman reversus est, ubi o-
mnem censem, ac pecuniam, quæ ex
functionis suæ juribus juste sibi obvene-
rat, ad pedes Pontificis lætus effudit, in
Sedis Apostolicæ commodum expenden-

T 5 dam.

Sæc. XVI.
A.C. 1511.

dam. Erat in dandis consiliis adeo dexter, ut nullum alium praeter Gabrielem Julius II. congressui, quem Ferdinandus cum Ludovico XII. Savonæ instituit, adhibendum censeret. Denique e vita migravit feria quarta die vigesima quarta Octobris, ut referunt nonnulli, vel juxta alios decima quarta Novembris, annos natus sexaginta sex, Vaticanæ tamen Ecclesiæ monumenta illius obitum revo- cant ad sextam Novembris, mortuumque testantur in Palatio Apostolico, ubi apud Pontificem habitabat. Sepultus est in æde S. Praxedis, cuius titulum habebat; duos Nepotes suos Ludovicum, & Petrum Galeatum hæredes scripsit.

§. LXIX.

Francisci Argentini fatum.

Aubery hist. Postremus denique fuit Franciscus Ar-
Card. gentinus, humili loco natus Venetiis,
Ciacon. in non autem Argentinæ, ut perperam Ca-
Jul. II. brera scribit, filium cum Patre confun-
p. 297. dens, qui vere ex Argentina civitate or-
 tus erat. Franciscus, cum esset juvenis,
 audax, corporis dignitate præditus, ma-
 gnanimus, ac naturæ beneficio eloquens,
 eum Julius his dotibus captus, ad hono-
 res provehere studuit, eumque variis
 juxta ac gravissimis negotiis præfecit;
 eidem enim curam demandavit, ut pa-
 cem